Adolphus Wilhelmus Liber Baro de Quaedt

in Büschfeldt, Dominus in Nöttberg, Bettendorff, Thoun & Idelsfeldt &c. Metropo-
litanae Ecclesiae Trevirensis Canonicus Capitularis, Archidiaconus, et tit: S.ti Lubentij in Dietkirchen Praepositus &c. Venerabili et Doctissimo
Henrico Tripp, insignis Collegiatae Ecclesiae jam dictae in Dietkirchen Canonico Capitulari et Granario Praefecto salutem in Domino; de expectationis
Industria, Casuum scientia Vitae ac morum integritate, quae in Te experti sumus, confisi, ad gratiam tibi faciendam reddimur inclinati. Cum igitur Tibi nuper Officialatum ac Ju-
dicatum Curiae Nostrae Archidiaconalis superioris per obitum adm. Rdi. Eximij et Doctissimi Dom. Henrici Distell, antedicti Officialatus Noster Administratoris Novissimi
tunc Vacantem commiserimus; cunque pariter Officialatus ac Judicatus Eiusdem Curiae Nostrae Archidiaconalis inferioris per obitum adm. Rdi. ac Doctissimi Dom. Eme-
richi Antacis vacaverit; Hinc est, quod Te non modo in primo dicto Officialatu Curiae Nostrae Archidiaconalis superioris confirmemus, Verum etiam Novissime Vacantem districtus
inferioris jam dicti Administrationem tibi benigne in Domino committere statuimus, prout praesentium vigore committimus, iantes et concedentes Tibi plenariam potestatem
pariter et Auctoritatem, Nobis ad quaecunque Beneficia curata vel non curata sub dicta Curia Nostra sita praesentandos et Nominandos adhibitis solennitatibus debitis
et consuetis instituendi, investiendi, Causas quascunque ad dictam Curiam et jurisdictionem Nostram Archidiaconalem de jure vel consuetudine spectantes et per-
tinentes, cum omnibus et singulis earum incidentibus, emergentibus, dependentibus audiendi, examinandi, iudicandi, definiendi et fine debito terminandi: super crimi-
nibus et excessibus inquirendi, eundem seu eosdem, prout visum fuerit corrigendi et puniendi ac poenas alias debitas infligendi; et conformanda reformandi, prout
reformationis Officio noveris indigere, et correctiones quaslibet Authoritate Archidiaconali in rebelles, criminosos et inobedientes faciendi. Visitationes quoque
debitis Nobis temporibus instituendi: Sacram Synodum celebrandi: Nec non quos defectus, et sic denunciatos secundum eorum qualitatem corrigendi; Emendas
Cathedratica, Procurationes, Census, et alia jura quaecunque tam ab Ecclesijs, Capellis seu Personis in Archidiaconatu Nostro existentibus, quam alijs quibuscunque
(salvis tamen rationibus et reliquis desuper Nobis praestandis) levandi, petendi, recipiendi, recuperandi, et de receptis quietandi; Omnes et singulos contumaces com-
pellendi, monendi, ac ad alias graviores poenas invocato, si opus fuerit, brachio saculari, procedendi; resipiscentes vero, et ad gremium S.tae Matris Ecclesiae
redire volentes absolvendi, restituendi, ipsique poenitentiam condignam imponendi, quantum et quoties visum fuerit expedire; omniaque et singula alia faciendi,
quae circa praemissa fuerint necessaria et opportuna, et quae Nos ratione Archidiaconatus Nostri faceremus, si praesentes essemus: Nec non substituendi quos-
cunque Dominos qualificatos ad supradictam synodum celebrandam, regendam et gubernandam in absentia tua, si commode interesse non poteris: et rejuxnovandi ad-
stitutiones sive delegationes reassumendi et revocandi, toties et quoties, quos visum fuerit expedire. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium
premissorum praesentes literas expedivi mandavimus, manu propria subscripsimus, ac sigilli Vestri appensione fecimus communiri. Datum die 25. Junij
Anno Millesimo, sexcentesimo nonagesimo quinto.

Adolph Wilhelm Quadt de
Büschfeldt Archid. et praepos. m.p.

Siegel abgerissen 2.3.1942

Diözesanarchiv Limburg (DAL)
Signatur: FA/1, Nr. 36

Diözesanarchiv Limburg (DAL)

Signatur: FA/1, Nr. 36

28

N. 3. fasc. 2.

Commissarius D. Fripp
1695

INSTRUMENTUM
Devolutionis
in
Commissarium 1695
Archidiaconalem tit. S. Laurentij
in Dietkirchen
Cui Illmus ac Celsmus D. Henricus Fripp
Canonicus Capitularis civis